Cette œuvre est le complément de l'œuvre de la Propagation de la Foi. Etablie avec prudence, conduite avec zèle, elle multipliera dans les mains de nos intrépides missionnaires les moyens de sauver les âmes et préparera, pour l'œuvre plus étendue de la Propagation de la Foi, de pieux adhérents et de fidèles soutiens.

Grégoire xvi. et Pie ix l'ont approuvée et enrichie de précieuses indulgences. Un conseil diocésain, sous la direction de M. l'abbé Keraudy, dirigera l'œuvre et fera parvenir au conseil central les aumônes recueillies dans les paroisses.

Les souscriptions à l'œuvre de la Propagation de la Foi continueront à être versées au secrétariat de notre Evêché.

Indulgences accordées aux associés de l'œuvre de la Sainte Enfance.

Par un rescrit de Sa Sainteté Pie ix, à la date du 10

janvier 1847, à tous les associés de l'œuvre de la Sainte Enfance, de quelque diocèse qu'ils soient, une indulgence plénière, 1° en faveur des associés vivants, à Pâques et le jeudi dans l'octave de l'Epiphanie (ou le jour même de l'octave, si elle arrive un jeudi); 2° pareillement indulgence plénière applicable aux défunts, à gagner le jeudi de la deuxième semaine après Pâques, ou à tel autre jour de cette octave ou de cette semaine qui sera désigné par l'Evêque du lieu, pourvu que, ayant observé tout ce qui est prescrit d'ailleurs, ils assistent ce jour-là au saint sacrifice de la messe et prient dévotement pour tous les associés soit vivants, soit défunts.

Nous laissons la fixation de ce dernier jour à la prudence des pasteurs.

§ 8. Décret de N. S. P. le Pape, concernant l'indulgence plénière des prières dites des XL Heures, en faveur des fidèles du diocèse qui habitent la campagne.

Nous reconnaissons et acceptons pour notre diocèse, comme nos prédécesseurs, la Bulle *Cum aliàs sanctæ*, de Clément XIII, nous voulons qu'elle sorte son effet, comme par le passé, en tout ce qui n'est pas contraire au décret que nous publions ici.

En étendant à toutes les églises l'indulgence accordée par Benoît XIV aux églises des états romains, Clément XIII n'a pas dispensé de l'obligation d'aller prier devant le S. S. trois jours de suite, si l'exposition durait trois jours. Or le S. S. est exposé trois jours, même dans nos paroisses rurales, où il est moralement impossible de remplir la condition des trois visites : c'est pourquoi nous avons demandé que cette condition n'y fût plus obligatoire.

PIUS PP. IX.

Universis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis salutem et apostolicam Benedictionem. Expositum Nobis nuper fuit nomine Venerabilis fratris Josephi Mariae Graveran, Episcopi corisopitensis in parocciis rusti-

cis dioecesis suae pium usum invaluisse SSimum Eucharistiae sacramentum per XL horas, scilicet dominicâ Quinquagesimae ac duobus subsequentibus diebus exponendi. Ut porro in hanc pietatem Christifideles magis et magis incendantur, idem exponens à nobis petiit ut quovis ex praedictis diebus plenaria ibidem Indulgentia lucrari possit. Nos itaque piis votis hujusmodi obsecundare volentes, de omnipotentis Dei misericordiâ ac B. B. Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexûs Christifidelibus verè poenitentibus et confessis ac S. Communioni refectis, qui Expositioni SSmi Eucharistiae Sacramenti in paroeiis rusticis Dioecesis Corisopitensis, ut supra, faciendae per aliquod temporis spatium devotè interfuerint, et ibi pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem ut si pro impetratione, admissione seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die IV Maii MDCCCLII, Pontificatus nostri anno sexto.

† Locus
sigilli.

Pro Domino Cardinali LAMERUSCHINI.
P. BRANGALEONI CASTELLANI Substitutus.

§ 9. Renseignements qu'il importe de donner aux nouveaux conscrits.

Nous croyons devoir porter à la connaissance de nos bien-aimés coopérateurs les deux lettres suivantes, relatives à l'OEUVRE DES MILITAIRES dans la ville de Metz. Nous vous engageons vivement à la faire connaître à vos jeunes paroissiens appelés sous les drapeaux.

Cette œuvre excellente est établie dans beaucoup d'autres villes de garnison; que les nouveaux soldats en soient instruits au moment où ils s'éloigneront de la mai-

son paternelle, et qu'ils se fassent un devoir et un bonheur de la découvrir et de s'y affilier partout où elle aura préparé un asile à leur foi et une aide à leur piété.

Lettre de Monseigneur l'Évêque de Metz :

Metz, le 19 juillet 1851.

Monseigneur,

Permettez-moi de recommander à votre bienveillante attention la lettre ci-jointe que j'ai l'honneur de vous transmettre.

La garnison de Metz se compose habituellement de dix à douze mille hommes. Il n'est donc presque aucun département, aucun peut-être qui n'y fournisse son contingent. L'expérience prouve que la difficulté de trouver un prêtre et un lieu de réunion, le défaut de place dans les églises paroissiales, la crainte d'y être isolés, et, par suite, trop remarqués, en un mot, la timidité et l'embarras, détournent de l'accomplissement de leurs devoirs religieux beaucoup de jeunes soldats, qui n'ont point oublié d'ailleurs les leçons de leur mère et du pasteur zélé qui prit soin de leur enfance. Ces inconvénients disparaîtraient au moins en partie, si, dès leur arrivée, ils savaient où et à qui s'adresser.

J'ai donc pensé, Monseigneur, que je ferais une chose utile, en appelant votre intérêt sur la demande qui vous est soumise par l'ecclésiastique pieux et dévoué que j'ai spécialement chargé à Metz du soin des militaires.

Je me chargerais bien volontiers de lui faire tenir la réponse dont vous daigneriez l'honorer.

Je suis, etc.

† PAUL, Evêque de Metz.

Lettre de Monsieur l'Abbé Michaux :

Metz, le 19 juillet 1852.

Monseigneur,

Permettez à un prêtre de la ville de Metz de venir vous entretenir un instant d'une bonne œuvre en faveur

de laquelle il sollicite par avance votre bienveillant intérêt.

S'il est une charge d'hommes qui vivent privés des secours de notre sainte religion, et dont la facile culture promettrait cependant une riche et abondante moisson, c'est bien, sans contredit, Monseigneur, celle de nos braves militaires qui, durant les sept années qu'ils passent sous les drapeaux, ne perdent ordinairement leur croyance et leur vertu, que parce qu'ils ne rencontrent pas une main secourable pour les retenir sur le bord de l'abîme ou une voie amie pour les encourager et leur rappeler la foi de leurs pères, qui fut aussi celle de leur enfance. C'est en leur nom que je viens vous exposer, Monseigneur, ce que la divine Providence a daigné faire à Metz pour les éloigner des lieux de perdition et de débauche, et leur faciliter les moyens de remplir leur devoir religieux.

Quelques années se sont écoulées seulement depuis le jour où quatre d'entre eux, revenus sincèrement à Dieu, se mirent à l'œuvre avec zèle et courage et nous amenèrent en peu de temps de nombreux prosélytes. Tantôt c'était un vieux soldat qui, renonçant aux désordres de sa vie passée, venait les larmes aux yeux s'agenouiller au tribunal de la réconciliation, tantôt c'était un jeune conscrit qui, abandonnant la famille pour la première fois, et conservant encore intactes dans son cœur les traditions qu'une pieuse mère y avait déposées, était heureux de trouver des amis qui le soutinssent et le protégeassent contre les railleries incessantes qu'il avait à supporter. Puis chacun de ces néophytes devenait un véritable missionnaire, et c'est ainsi qu'avec la grâce de Dieu le nombre de nos soldats grossissait de jour en jour et finissait par s'élever au chiffre de huit cents environ.

Dieu, sans doute, bénissait le zèle et les efforts de nos bons militaires; il abaissait un regard de complaisance sur ceux qui travaillaient avec tant d'ardeur à la conquête des âmes de leurs camarades, car, dans sa paternelle

bonté, il inspirait à un cœur généreux la pensée, non-seulement de consacrer à cette œuvre un vaste local où nos soldats pussent trouver asile dans leurs moments de liberté et se tenir ainsi éloignés de la corruption qui les entoure, mais encore de faire construire une chapelle spacieuse où ils pussent remplir facilement les devoirs de notre sainte religion.

Monseigneur l'Evêque de Metz qui, dès l'origine de l'œuvre, s'était empressé de lui prêter un bienveillant appui, crut devoir en charger un prêtre d'une manière toute spéciale, et les autorités militaires, appréciant pour l'ordre et la discipline les résultats de nos pieuses réunions, voulurent bien leur accorder leur protection; plusieurs fois même nos soldats eurent devant les yeux le consolant spectacle de leurs chefs qui venaient prier avec eux et s'asseoir comme eux à la table sainte.

Toutefois, Monseigneur, au milieu des consolations que Dieu daignait accorder à notre ministère, une pensée est venue souvent nous attrister. Depuis quatre ans, bien des régiments nous ont été enlevés, et nous avons eu la douleur de voir partir un grand nombre de nos braves soldats. Parmi eux, beaucoup, nous l'espérons, auront continué à marcher dans la voie du bien, mais combien peut-être auront fait naufrage et cela parce qu'ils n'auront su à qui demander les conseils nécessaires pour éviter les occasions du mal, et persévérer dans leur première ferveur.

C'est alors, Monseigneur, que nous est venue la pensée de nous informer près de votre Grandeur, si dans les principales villes de garnison de votre diocèse il n'existait pas quelque œuvre analogue à la nôtre; ce serait une grande consolation pour nous de recevoir une réponse affirmative; nous pourrions envoyer aux prêtres qui les dirigent les militaires qui quitteraient Metz pour se rendre dans quelque lieu de votre juridiction. D'un autre côté, si l'on pouvait nous adresser les nouveaux régiments arrivant dans notre ville, nous serions bien heu-

reux de n'avoir plus qu'à cultiver la terre déjà ensemencée par d'autres.

Ne croyez-vous pas, Monseigneur, qu'il serait important de prier Messieurs les Curés des campagnes, quand un jeune conscrit s'éloigne de son village pour se rendre à Metz, d'avoir la bonté de nous l'adresser, RUE MARCHANT, n° 17.

Nous nous efforcerons de conserver dans le cœur de ces jeunes gens si exposés les bons principes qu'ils auront reçus, et après les sept années de leur service militaire, ils retourneront porter dans leurs paroisses le bon exemple et l'édification.

Avant de terminer cette lettre, que je vous conjure de vouloir bien accueillir favorablement, j'éprouve le besoin de vous demander pardon de ma démarche. Je ne l'eusse certainement pas faite, cette démarche, si je n'y avais été encouragé par Monseigneur l'Evêque de Metz, et s'il ne m'eût semblé que la gloire de Dieu et le salut des âmes pouvaient gagner quelque chose à cette communication.

Veuillez agréer, etc.

L'abbé MICHAUX.

On n'oubliera pas que les Fidèles de notre Diocèse qui se confessent habituellement tous les 15 jours peuvent gagner, sans confession spéciale, toutes les Indulgences pour lesquelles la confession est exigée. Cet avantage durera jusqu'au 17 novembre 1854, en vertu de l'Indult que nous avons publié l'année dernière et que nous espérons faire renouveler.



ORDINIS APPENDIX

SEU

EXCERPTA È RUBRICIS

Cum notis quas editor suâ sponte addidit, et quæ facilissime à Rubricis et à S. R. C. Decretis secernuntur.

Decisiones hic referendæ reperiuntur in libro cui titulus S. C. R. Decreta authentica, Leodii, 1850, nonnullis exceptis quas indicat Ordo Soc. Jesu pro 1850.

I. DE OFFICIO.

1. Quando Off. S. Confessoris fit extra diem sui obitus, sive per assignationem perpetuam, sive per translationem accidentalem, in hymno *Iste Confessor* mutatur versus *Meruit secreta*, vel *beatas*, in *Meruit supremos laudis honores*. — Si tamen translatio à die obitus fiat in diem immediate sequent. et in I Vesp actum sit de illo Sancto saltem à capit. tunc nil mutatur. — Item nulla fit mutatio cum Off. Sancti habentis Octavam non ultra Octavam transfertur (S. R. C^{nis} Decreta auth. Leodii, 1850, p. 106.

Dies assignatus in Proprio Sanctis Confess. Diœcesis sæpe differt à die ipsorum obitus: de mutatione, si propter eam causam facienda sit, Ordo semper admonet. Pro sanctis aliis Conf. per assignationem perpetuam similiter translatis, Breviarium monet vel Supplementum.

2. In responsoriis post lectiones duplex adest asteriscus quando duplex est repetitio faciendi: prior repetitio fit à primo asterisco ad secundum, servatis aliis verbis pro secunda repetitione. (S. R. C. 6 sept. 1834).

3. Preces feriales, antiphona finalis B. M. V. et quædam alia dicuntur recitanda *flexis genibus* quod in Choro tantum de præcepto faciendum est juxta Rubricas. (12 nov. 1831).

4. Ant. finalis B. M. V. dicenda est stando in toto

Dominicæ Off. et insuper quando die dominica ante solis occasum recitatur Matutinum pro Fer. ij. Hic solis occasus intelligitur usque ad crepusculum vespertinum. (12 nov. 1831).

5. Debent omnes genuflectere in recitando Off. in *Choro*, ad verba: *Venite adoremus et procidamus ante Deum; Te ergo quæsumus famulis tuis subveni; Ave maris Stella; Veni Creator Spiritus; O Cruæ ave; Tantum ergo Sacramentum*. quando est expositum. (1663-1665).

6. Sicubi duæ vel fortè (propter suffrag. Patroni) tres com. occurrunt faciendæ de eodem communi unde jam sumptum est diei Officium, non bis, in eadem Hora eadem Ant. et *ŷ* dicantur; sed in *Vesp.* pro com. secunda: Ant. de Laud. cum *ŷ* de II Noct. — In *Laud.* pro com. prima: Ant. et *ŷ* de I Vesp. — Atque in *Vesp.* pro tertia com. et in *Laud.* pro com. secunda: Ant. et *ŷ* de III Noct. — Orationes pariter sunt variandæ, et tertia Oratio (cum quarta si opus sit) de alio Communi sumenda. (*Rub. gen.* tit. IX, n. 8. S. R. C. 5 maii 1736).

7. Per *Ecclesiam* de cuius Patrono vel Titulo suffragia præseribuntur, non intelligitur Oratorium etiam publicum, sed *Ecclesia* propriè dicta. Pro suffr. B. M. V. ac ss. Apost. Petri et Pauli sufficiunt suffr. in Brev. posita. — Omittitur suffr. de B. M. quando Sabbato fit Off. aut com. de ejus Conceptione. (*Rub. gen.* S. R. C.)

II. DE OFFICIO PATRONORUM.

8. Officium principalis patroni Paroeciæ fit sub ritu duplici j cl. ipsa die incidentiæ, nisi occurrat in Dom. I Adventus aut Quadrag., die Cinerum, Dom. Passionis, quilibet die à Dom. Palmarum ad Dom. in Albis inclusive, vel à Vig. Pentecostes ad Trinit. inclus. — Neque recitari posset in Festis j cl. in Ordine notatis; eò quòd ista generaliter superioris sint dignitatis.

9. Integras habet Vesp. nisi concurrat cum illis Festis j cl. et majoris plerumque dignit. in Ordine signatis.

10. Fit in illo, quando eodem die occurrunt, com. de Dominica, de die Octava, de Feria Advent. et Quadrag. de die inf. Oct. Nativ. Dni. Epiph. et Corp. Christi, et

quidem in utrisque Vesp. et Laud.; tum de Feria Quatuor Temp. et de Fer. ij Rogat. sed in Laud. solum. — In concurrentia, I Vesperæ admittunt com. Festi vel Dom. ij cl. et II Vesperæ, com. Dupl. etiam min. ac Festi semid. et Dom.

11. Omnes Lectiones quæ desunt in Proprio, de Communi sumuntur. — Per Octavam et die Octava, Lectiones I Noct. de Script. occurr.; ceteræ de Comm. nisi adsit Octava propr.

12. Octava, translato Officio, non ideo transfertur, sed terminatur occurrente die octavo ab incidentia; prorsusque omittitur si post octo dies ab incidentia translatus fuerit Offic. — Admittit Festa semid. occurr. ac dupl. etiam translata: et si sint ista j vel ij classis, nulla fit Octavæ com. — Diebus infra Oct. non sic occupatis, Off. sub ritu *semid.* dicitur ut in die, exceptis Lect. — Dies Octava: *Duplex*; cedit tantum Festis aut Dominicis j vel ij cl. (*Rub. gen.*)

13. Quoad Solemnitatem externam, si Festum occurrat in Dominica non impedita, solemniter celebratur hac ipsa die, cum relatis supra com. n. 10. Si verò cadat in diem aliam, celebratur Dominicâ proximè occurr. (id est sequente) in qua missa votiva et Vesperæ solemniter cantantur. — Quod si Dominica proximè sequens impediatur ob concurrentiam dierum de quibus supra, n. 8, vel ob Celebrationem Festi dignioris in illa translata vi Indulti diei 9 Aprilis 1802, tunc ad aliam seq. Dom. non sic impeditam Solemnitas Patroni remittitur (*Resp. Card. Leg. ad Ep. Camberi.*)

14. Ista præfati Indulti verba: « Festa Epiphaniæ... et S. Patronorum in Dominica proximè occurrente celebrantur, » esse de Dom. *proximiori* intelligenda Majores nostri primum crediderunt. Postea moniti de Cardinalis Legati intentione arbitrati sunt se posse tamen, in uno saltem casu, nempe cum in Fer. ij Festum caderet, Solemnitatem ut prius in præcedenti Dom. ponere; ne separatis per sex dies I Vesperis solemnibus à II, Celebratio populis appareret ingratè discissa. Atque ea praxis apud nos adhuc viget.

15. Ex Consuetudine etiam, in translatis Solemnit. Domini (Epiphaniæ et SS. S.) licet unica Missa cantetur, Dominicæ com. omittimus; illam autem in Solemn. Sanctorum admittimus, seclūsā com. Festi occurrentis. Sic in re difficili, pugnantibus secum auctoritatibus, mediam veluti viam tenemus.

16. Quod autem attinet ad com. omnium Apost. in Festo Ss. Petri et Pauli, omnes jam fatentur illam in die translatae Solemnitatis non esse faciendam, sed tantum in die Festi. (S. R. C. 23 maii 1835.)

DE OFFICIIS VOTIVIS.

17. Officia de SS. Sacramento et de immaculata Conceptione (quæ pro devotione quandoque per annum, sub ritu semid. recitare possumus), Vesperas suas dividunt cum aliis Semidupl. concurrentibus, non attentā majori dignitate. (Ex ord. S. J. pro 1850.) — Doxologia *Qui natus* in hymnis ejusdem metri dicitur à Complet. ad Complet. inclusivè, modò saltem com. Officii vot. præcesserit in Vesperis. (Omnibus Off. propriam dox. habentibus illa regula convenit.) Suffragia dicuntur, cum exceptione notata n. 7; tum preces ad Primam et Complet.

18. Off. votivum de immaculata Concept. idem est ac Off. diei ipsius imm. Conceptionis: verumtamen ab iis qui Supplemento Rhedonensi utuntur hæ voces Versuum et invitorii: *est hodie-celebremus*, mutandæ sunt in istis: *recolitur-recolamus*. Id constare videtur ex editione quam juxta *romanum* exemplar anni 1847, D. Pelagaud Lugduni dedit, tum ex similibus mutationibus quæ in antiquiori alio Off. Conceptionis à Congr. Rituum approbato, sedulo factæ reperiuntur.

19. In Missa de SS. Sacramento: *Gloria in excelsis*, sine *Credo*; orationes, non ut intra Oct. Corporis Christi, sed illæ quæ Tempori conveniunt; præf. Nativit. Dni. (*Missale edit. Mechlin.*) — Missa de Concept. immac. dicitur ut die 8 Decembris in Supplemento, *Credo* omisso; ij orat. de Spiritu sancto, iij or. pro Ecclesia vel Papa; præf. de Beata: *et te in Commemoratione Conceptionis (immaculatae)*. *Ibid.*

Omnes illæ Regulæ à S. R. C. olim approbatæ pro votivis Off. et Missis, etiam nunc observari tutò posse videntur.

DE MISSA.

De Altari, sacrisque vasis et vestibus.

20. Altaria sive fixa sive mobilia debent iterum consecrari, si reliquias amiserint; vel etiam cum fracto episcopali sigillo, de identitate et authenticitate reliquiarum jam constare non potest. (S. C. R. *Decreta auth. p. 8 et 9.*)

21. Calices aut Patenæ, si denuò inaurentur, denuò consecrari debent. (14 jun. 1845.) — Calices aliaque vasa sacra, cum refectione indigent, nullo prius adhibito ritu, opifici simpliciter tradantur. (22 apr. 1822.)

22. Amictus, albæ, tobaleæ seu mappæ Altaris, mappulæ ex gossipio (coton) confectæ, usque dum consumantur, tolerantur; ut in posterum ex lino vel canabe fiant, decernitur. Corporalia verò, pallæ, purificatoria quæ non sunt ex lino vel canabe confecta, omnino prohibentur (S. R. C. 15 maii 1819, cujus decretum Pius VII, die 18 ejusdem mensis et anni, ubique publicari et observari præcepit.

23. Pallam lineam Missalis ipsa Rubrica præscribit, et Galliarum Ecclesiæ semper adhibuerunt. Istæ solummodò, levi pallæ lineæ, ad arcendum à calice pulverem aut muscas hodie tantum inservienti, firmiorem chartam aptant, ut palla commodius poni deponeque possit; atque textili lineo, aureo, vel serico, sæpius acu picto, chartam illam decenter operiunt. Nullum *abusum* in tali agendi ratione majores nostri deprehenderunt. — Imò perpende quàm sollicitè Rubricæ auctor de corporali dicat: «Ex lino tantum esse debet, nec serico vel auro intextum, sed totum album.» Cur de palla simile monitum non dedit, nisi ut ecclesiis utilia quædam ornamenta superaddendi libertatem relinqueret? — Testatur D. Pascal etiam in Italia pallas videri charta densa pannoque instructas aureo. At si pannus admittitur aureus, quâ validâ ratione sericeus interdiceretur? — Vtusta quidem citatur S. C. R. responsio pallis à superiori parte *sericeo drappo cooperitis* opposita: sed contra illam

decisionem, ab annis 152 non renovatam, longissima omnium Galliae ecclesiarum consuetudo prævaluit et præscripsit. (*Caron*, dans le *Traité des SS. Mystères*, 8^e édit. t. 1. p. 281. — *J.-B. Pascal*, *Origines de la Liturgie*, édit. de Migne, col. 915.) — Quomodocumque autem palla cooperiatur, curandum est ut pars inferior sæpe renoveatur, quò sordida non sit, sed nitida et munda. (*Favrel*).

24. Corporale non debet retineri extensum super altare toto tempore quo celebrantur Missæ, donec ab ultimo sacerdote reportetur in sacristiam; et non debet extra bursam deferri. (13 sept. 1704.)

25. Purificatorium *mundum* Rubricæ tantummodò requirit; nulla benedictione indiget. (7 sept. 1816).

26. Cingulus lineus congruentius quàm sericeus adhibetur in sacrificio Missæ. (22 jan. 1701.) Potest (esse sericeus et) ejusdem coloris ac paramenta. (8 jun. 1709).

27. Non licet casulas adhibere ex gossipio vel tela lineæ confectas, sed servantur Rubricæ et usus omnium ecclesiarum. — Nec licitum est ad Missam celebrandam ornamentis uti quorum textura vitrea est, auro et argento mixta. (23 sept. 1837. — 11 sept. 1847).

28. Vestes sacras de altari solis Episcopis sumere licet. Omnes ergo præter Episcopos induant Vestes in Sacristia juxta Rubricam. (17 jun. 1673 et 19 maii 1838. — Non agitur ibi de Sacerdote qui concionem intra Missam habiturus, casulam et manipulum in altari ponit, et postea resumit).

29. S. R. C. (in silentio Rubricæ nixa) prohibuit die 13 jun. 1678, ne Sacerdos dum sacras vestes induit à Diacono et Subdiacono juvetur. (*Ord. S. J.*) — At die 3 oct. 1851, testante D. *Favrel*, S. C. ut id fiat permisit, attento probabiliter, antiquo plurium ecclesiarum usu qui prævaluit.

30. In Missis privatis non permittendum est ut Minister aperiat Missale ad designandam Missam; nec licet Ministro, etiam subdiacono vel sacerdote, præparare calicem (illum abstergerendo et vinum aut aquam infundendo), nec eundem post ablutiones extergere, sed Rubricæ servantur. (7 sept. 1816).

31. Episcopis solis habere licet in M. privatis duos vel plures Ministros superpelliceo indutos et quatuor candelas accensas. Omnes ergo, præter Episcopos, unico Ministro contenti sint et duabus tantum candelis. (S. C. pluries et Pius VII, 1822).

Missa verò conventualis, licet non cantata, non censetur *privata*, ideoque in ea, ratione Solemnitatis, præsertim in Festis majoribus, duo Ministri et candelæ plures adhiberi possunt. (*Ord. S. J.*)

32. Seriam attentionem merentur hæc D. *Favrel* monita de pueris in Missa ministrantibus, p. 110.

« Autrefois les Clercs de chaque église servaient exclusivement de Ministres aux Messes qui s'y célébraient; et il serait bien désirable qu'un ministère si saint pût toujours être rempli par de vrais Clercs revêtus de surplis. Mais puisque ce point de discipline ancienne est devenu impraticable, et qu'il est aujourd'hui d'usage général de suppléer au défaut de Clercs par des enfants de chœur, il est du devoir des Prêtres de faire comprendre à ceux-ci l'importance des fonctions saintes que l'Eglise consent à leur laisser remplir, et de veiller à ce qu'ils s'en acquittent toujours dignement. Il est honteux pour la religion et affligeant pour la foi, de voir autour des autels des enfants sans piété, sans modestie, exercer les fonctions de ministères que l'Eglise juge si élevés, qu'elle consacre par ses Pontifes, en leur conférant de saints ordres, ceux qui sont appelés par état à les remplir. Ces enfants, qui approchent le Célébrant, l'autel, Notre-Seigneur de si près, sont quelquefois d'une malpropreté rebutante. Ils montrent autant de précipitation que d'ignorance. Ils passent une partie des versets; ils en estropient les paroles; ils anticipent la réponse, au point de finir quelquefois avant le Prêtre qui dit le verset auquel ils doivent répondre. Ils marchent dans l'église, ils se tiennent dans le sanctuaire d'une manière irrévérencieuse. Ils ne savent ni faire la genuflexion, ni joindre les mains, ni tenir leurs chandeliers, ni présenter l'encensoir ou les burettes. En un mot, ils ne font rien avec cette décence qu'exigent les saintes cérémonies de l'Eglise, que trop souvent ils ignorent complètement. »

33. Si Minister librum tenere et simul biretum recipere vel dare debeat, hunc illi Meratus agendi suggerit modum. (Cum ad Altare Calicem ferens Sacerdos ascendit), Minister per planum ad partem lateralem Epistolæ deambulans deponit biretum loco congruo. Castaldus, Bauldry et alii cum Hippol. à Portu (1). Postmodum per idem Epistolæ cornu ascendit ad Altare ubi librum clausum deponit. Tum (sine salutatione) per eandem viam descendens vadit per planum, et facta in medio Capellæ genuflexione (ob *Rub. part. 2. tit. IV. n. 7*, vel tantum juxta alios, absente SS. S. capitis inclinatione), « in eo non conveniunt, inquit, S. Rituum Explanatores, » idem Minister sistit genuflexus in plano ad Sacerdotis sinistram, paululum remotus ab anteriori gradu Altaris. (Id ipsa clarè Rubrica præcipit, *tit. III. n. 6.*) — Finito ultimo Evangelio, accedit ad cornu Altaris... accipit librum, deinde biretum, eodem pacto quo in principio, et vadit ad dexteram Celebrantis.

DE ORATIONIBUS.

34. In Duplicibus etiam minoribus unica Oratio dicitur nisi aliqua commem. sit ex Rubrica facienda, vel aliqua oratio dicenda de Ordinarii mandato; nulla autem addi potest ex privata devotione aut necessitate; sufficiat in tali casu dirigere actus internos, et servantur Rubricæ (*Rub. gener. part. 1. C. IX, S. R. C. Ord. S. J.*)

35. In Semidupl. juxta easdem Rubr. ordinariè nec minus quam tres, nec plures dicuntur, nisi Rubrica aut Episcopi mandatum aliter voluerit. Sive autem Orationes præceptæ sint numero pares sive impares, nihil ad suum arbitrium addat Sacerdos. (*S. R. C. ibid.*) — Attamen indultum fuit ut in Semidupl. et infra, addi possit Oratio pro particulari defuncto vel defuncta, ante ultimam Orationem de præcepto. (2 dec. 1584 et 23 maii 1835.)

36. In Simplicibus, in Feriis et in Missis votivis priv.

(1) Sic Auctores illi supponunt aliquem prope Altare, Epistolæ cornu versùs, paratum esse locum decentem ad recipiendum biretum, putà (sicut in Cathedrali) scamnuum, aut levem tabulam in cavo muri, si sit.

Orationes plures Sacerdos ad arbitrium dicere potest; sed tunc servare debet numeri imparitatem, his verbis *quinque vel septem* in Rubrica præscriptam. Numeri enim disparitas attinet ad Orationes quæ ex devotione adduntur. (*S. C. ibid.*) — Aliter dicendum videtur, si quis solam addat Orationem illam pro particulari defuncto, de qua in præcedenti n°.)

37. In Oratione *Acunctis*, omnibus licet S. Joseph nominare ante S. Ap. Petrum et Paul. (17 sept. 1815.) — In eadem Orat. non patronus, si à Titulari differat, nominatur, sed Titularis *Ecclesiæ*. — Titularis ipsius nomen omittitur, si non in *Ecclesia* sed in sacello privato Missa celebretur. (*S. C.*)

38. In Missa de Festo dup. ij cl. quomodocumque cantata, etiam sine Ministris sacris, commemoratio Festi simpliciter omittitur. — Item in Missa conventuali, vel non cantata et à solo Celebrante recitata. (*S. R. C. 14 feb. 1705.*)

39. Attendere debet sacerdos ut initio Missæ, dicta Oratione *Aufer à nobis*, sequentem Orat. *Oramus te* non incipiat nisi cum inclinatus in medio Altaris, manus iunctas super eo posuerit; et ut in fine Missæ non librum claudat nec à cornu Epistolæ discedat, antequam ultimæ Orationis conclusionem integrè dixerit (*Rub. gen. Merati et alii*).

40. Oratio specialis ab Ordinario pro aliqua necessitate injuncta non potest dici loco tertiæ orationis quæ notatur *ad libitum*, sed in hoc casu debet dici quarto loco, et semper post omnes orat. de Rubrica. Omittitur diebus in quibus Missale monet de una orat. dicenda ut in Dòm. Palmarum, in Vigiliis Nativ. Domini et Pentecostes. (17 aug. 1709; 20 april. 1822.) — Hæc eadem oratio, sive sit pro re gravi sive non, semper omittitur in Dup. j classis. in Dupl. autem (festis) ij cl. potest ad libitum Celebrantis legi vel omitti in Missis *privatis*; at in Missa *Solemni*, atque in *conventuali* etiam non cantata, omittenda est. (*S. C. 15 maii 1819; 23 maii 1835.*) — In Dominicis ij cl. Adventus et Quadrag. oratio præfata non omittitur (20 april. 1822.)

41. In omni Missa *cantata* coram SS. Sacramento exposito, etiam in pyxide tantum, de eo fit comm. et ultimo quidem loco, si alia sit ex Rubr. facienda comm. — Si nulla alia adsit commemoratio, oratio SS. Sacr. in Festis j et ij cl. orationi diei sub una conclusione jungitur 23 jun. 1736; 3 mart. 1761.) — In Missis *privatis*, sive legantur ad Altare ubi SS. S. est expositum sive ad aliud intra eandem Ecclesiam, potest ad Sacerdotis arbitrium fieri com. de SS. Sacramento, modo non sit Festum j vel ij cl.; tunc enim fieri non potest. (2 dec. 1684.) — Quando Sacramentum est expositum non requiritur ut super Altare Crux apponatur. (*Bened. XIV. S. R. C.*)

DE VARIIS ALIIS RUBRICIS.

42. Inclinationes capitis sunt faciendæ in Missa solummodo quando præscribuntur à Rubrica. (S. R. C. 12 nov. 1831, in Ordine S. J. — Ex hac regula plures inclinationes à Gavanto, Merato et aliis præscriptæ, non judicabuntur necessariae, ut exempli gratia, inclinatio versus crucem quoties sacerdos intra M. accedit ad medium Altaris aut ab eo loco recessurus est; ad nomen Jesu in orat. *Deus qui humanæ substantiæ*, ad *Gloria Patri* post ps. *Lavabo*. De his enim, ut videtur, maxime consultata fuerat S. R. C.

43. Attamen, saltem ex consuetudine quæ in legem versa est, « Sacerdos pronuntians in Canone nomen Sancti de quo factum est Officium vel commem. debet facere inclinationem capitis. » 7 Sept. 1816, non tamen in Missa de *Requiem*. 12 april. 1823.) Item ad nomen Papæ, (23 maii 1846.) Atque ad nomen *Jesu Christi* ante assumptionem Corporis et Sanguinis Domini. (24 sept. 1842.)

44. In accessu ad altare et in principio Missæ profunda facienda est ad Crucem, absente SS. S., reverentia, juxta Rubricam. (S. R. C. 8 april. 1808. Non dixit *post Missæ finem*; quia Rubrica tunc inclinationem capitis solum exigit, sicut antequam, paratis Calice et libro, è medio altaris Sacerdos recedat ad incipiendam Missam.

44. (Gavantus, Merati et alii) dicunt post signum cru-

cis in fine *Gloria in excelsis*, *Credo* et *Sanctus*, manus esse jungendas, etiamsi nihil ejusmodi præscribat Rubrica. Rectene? R. Serventur Rubricæ. (12 nov. 1831.)

46. Ad verba *Humiliate capita vestra Deo*, debetne Sacerdos inclinare se versus librum aut crucem. R. Servetur Rubrica Feriæ IV Cinerum nihil præscribens? (16 mart. 1833.)

47. An in cathedrali et collegiata S. Petri Insulensis quæ prætenditur exempta, debeat in Missa fieri mentio de Episcopo, uti fit de Papa et de Rege catholico? R. Affirmative (25 sept. 1649).

48. Si Episcopus habeat coadjutorem, non iste, sed possessor tituli nominandus est in Canone.

49. Imperator Francorum à nobis est etiam nominandus in Canone, in Pronai precibus et in oratione ante Benedictionem SS. S. de Mandato R^{mi} Episcopi in Litteris datis die 6 decembris 1852.

50. Non videtur in Rubricis eos qui sacris Mysteriis assistunt debere inter duas Elevationes manere profunde inclinati. (D. Boissonnet, S. *Rituum Professor*, t. 1, p. 815, n. 13.)

DE MISSA SOLEMNI

IN QUA DIACONUS ET SUBDIACONUS MINISTRANT.

51. Missale apertum super Altare, Calix et alia in Credentia linteo mundo cooperta præparentur ante Missam. *Rub. gen.* — Super hanc Credentiam non ponatur biretum Celebrantis. *Meratus et alii.*

52. Diaconus Sacerdotis accipit biretum cum quasi osculo illius; eodem modo post Missam illud porrigit, et intra Missam tradit aut recipit. (*Merati, Bissus, Bauldry.* Per quasi osculum intelligi potest inclinatio plus minusve profunda. Alii dicunt osculanda esse in M. Sol. biretum et manum Celebrantis; sed de his osculis aut quasi osculis silent Rubricæ et S. R. C. ac proinde nullum adest præceptum.)

53. In Choro non sedent qui actu cantant. (*Rub. gen. part. 1.* Hæc verba ad illos attinet qui incipiunt cantum

alicujus partis Missæ, vel qui alternatim versiculos è pulpito canunt. *Boissonnet.*)

54. An ad verba symboli *Et Incarnatus est* (in die natali Dni.), ad verba invitât. *Venite adoremus*, et alia similia, sit genuflectendum à cantoribus ad ambonem, aut chorum regentibus? R. Quando mora genuflectionis est brevis, hæc fiat dum cantantur verba quæ genuflectionem exquirunt. Quando autem mora est longa, genuflexio peragatur sub finem verborum. (S. R. C. 8 mart. 1738).

55. Quum Sacerdos coram SS. S. exposito debeat lavare manus aliquantulum extra Altare, debetne stare in supremo gradu Altaris an in plano presbyterii? R. Consuetudo servetur, dummodo caveat ne terga vertat Sacramento. (12 nov. 1831).

56. Celebrans dicere debet *Benedicamus Dno.* vel *Requiescant in pace*, quamvis ea cantentur à Diacono; sed non necesse est ut dicat *Ite Missa est.* (7 sept. 1816).

DE MISSA VOTIVA NON CANTATA.

Vide in Ordine anni 1843, p. 60.

DE MISSA PRO SPONSA ET PRO DEFUNCTIS.

Vide initio hujusce Ordinis, p. 5.

DE USIBUS PARTICULARIBUS CATHEDRALIS.

Fuit hoc caput oculis R^{mi} DD. Episcopi specialius subjectum.

57. Jam plures antiqui ritus paulatim aboliti fuerunt. Plurimos initio Majores nostri servaverunt quia magis placebant, vel ne plebis excitaretur admiratio, tum forte ut in rebus quibusdam ex se indifferentibus testarentur se libere ad ritum romanum transiisse.

58. Cum illi ritus satis agnoscantur, præcipui tantum hic indicabuntur, pluribus adjuncti romanis usibus.

59. Pax semper datur cum instrumento.

60. Chorus aspergitur et incensatur, non autem populus.

61. Diaconus semper incensat Celebrantem, stans à cornu Evangelii.

62. Cum tamen expositum est SS. Sacram. Diaconus, initio Missæ et ad Offertorium, non transit ante medium Altaris, nec etiam illuc usque procedit, sed stat non longe à cornu Epistolæ, ad incensandum Celebrantem.

63. Cantores cappis induti in ora suggesti pulpiti genua ponere et manere genuflexi jubentur ac debent solummodo tempore Elevationum, et quando finitis antiphonis et versibus danda est benedictio SS. Sacramenti. Ad nullam pariter genuflectionem super suggestum faciendam obligantur, v. g. cum Diaconus dicit : *Flectamus genua.*

64. Est hoc insuper in more positum et antiquo usu probatum, ut ille Cantor qui antiphonam alicui de Choro defert incipiendam, nullam ad Altare genuflectionem in quolibet casu faciat, sed tantum inclinationem mediocrem aut profundam, ante et post. Atque idem cum illo servat in ea circumstantia Magister cæremoniarum.

65. Non solum Cantores, sed et quicumque alii cappis insigniuntur ab omni genuflectione in Chori planitie eximuntur faciendâ, etiam cum transeunt ante SS. Sacram. expositum, vel dum cantatur *Veni Creator* aut *Ave maris stella*, atque etiam dum in Festo Corporis Christi datur Benedictio SS. S.

66. Illis exceptis, omnes in Choro genuflectunt ad verba memorata supra, n. 5, et ad ea quæ suo loco in Ordine notantur; item per orationem et per postcommunionem Missæ pro defunctis; ad verba *Et incarnatus est*, quoties cantantur, Canonici exceptis; à sonitu campanulæ de proxima Consecratione monentis usque ad *Per omnia*, ante dominicam orat.

67. De facie ad Altare convertenda Rubrica non loquitur; hinc ista noti auctoris verba : « Quoique selon Bauldry, l'usage des Églises détermine les moments où l'on doit se tourner vers l'autel, nous voulons donner ici les pratiques les mieux fondées sur ce point. On se tourne vers l'autel quand le prêtre entonne le *Gloria* et le *Credo*, quand il chante *Dominus vobiscum*, *Oremus*, les ors. et la préf. et pendant le temps qu'on est debout depuis la préf. jusqu'à la communion, à moins qu'en ne chante au chœur. A l'Évang. on est tourné vers le diacre, et à la

bénédiction de la fin de la Messe vers le prêtre.... »
M. l'abbé Favrel.

« On est encore tourné vers l'autel, à la Cathéd. 1. depuis le commencement de la M. jusqu'à l'instant où le Célébr. monte à l'autel, (à l'exception des chanoines qui, aux Dim. et Fêtes ordin. sont tournés en chœur, derrière l'Évêque.) 2. pendant que le Célébr. récite tout bas le *Gloria* et le *Credo*; 3. avant la M. quand le Célébr. placé au côté de l'Épître, chante pour la bénédiction des cierges, des cendres, ou pour toute autre cause. Mais l'usage n'est pas de se tourner quand il chante au bas des marches de l'autel, pour l'aspersion ou pour la procession : on reste alors tourné en chœur; et de même, au commencement des Vêpres, et depuis le capitule jusqu'à la fin de l'Office. » *Ordo anni* 1853. (1).

« Les jeunes ecclésiastiques du séminaire doivent y faire attention, pour ne pas se tourner vers l'autel, par exemple, quand les Chanoines sont tournés en chœur. Cependant, ceux qui n'ont point de stalles peuvent s'asseoir toutes les fois que les chantes sont assis. *Ibid.* (2).

(1) In erudito illo Ordine Soc. J. quem non nominavimus quoties ejus usi sumus auxilio, Aspersio aquæ fieri dicitur *Choro stante*, sine ulla mentione de aliqua conversione ad Altare. — Idem pro Vesperis habetur à Baldescho sumptum apud Favrel p. 273, n. 4; nec nocent ea quæ dicit iste de particularium ecclesiarum aliquibus libris.

(2) Possunt sedere, exposito etiam SS. Sacramento; sed bitum in manibus tenere debent quoties aperto capite stant Canonici. Hic mitissimus sensus est Responsionis datæ à S. R. C. die 15 sept. 1743.

FINIS APPENDICIS.

NECROLOGIUM

PRO ANNO 1853.

(1852).	
13 Dec...	FLOC'H, Joannes-Franciscus, ex-curatus de Saint-Urbain.....
26 —	PÉRON, Sebastianus-Corentinus-Joannes-Maria, acolythus de Loctudy.....
8 Jan...	LABOUS, Yvo, acolythus de Pleyben.....
16 —	CUZON, Marcellinus-Alexius-Michael, parochus de Saint-Sauveur de Brest.....
2 Febr..	LE BARS, Petrus-Maria, vicarius de Kergloff..
27 Mart..	CORRE, Dionysius, ex-curatus de Trégouréz..
30 —	LE BARS, Guillelmus, can. hon., parochus de Plabennec.....
12 April.	JESTIN, Guillelmus, ex-parochus de Huelgoat..
27 —	MILIN, Ludovicus, ex-curatus de Saint-Pierre-Quilbignon.....
4 Maii..	CORRE, Paulus-Maria-Felix, acolythus de Douarnenez.....
25 —	HEMERY, Yvo, ex-curatus de d'Ergué-Armel..
11 Jun...	MAO, Franciscus-Maria, ex-curatus de Guilliau.....
12 —	NICOL, Franciscus-Maria, ex-vicarius de Plouescat.....
28 —	POULIQUEN, Franciscus, diaconus de Saint-Thégonnec.....
19 Jul. ...	DE RAIMOIVILLE, Yvo-Antonius, diaconus de Landerneau.....
10 Aug...	SCOUARNEC, Renatus, curatus de Gouesnou..
12 Sept..	OLLIVIER, Joannes, ex-vicarius de Plonévez-le-Faou.....
24 —	PULUHEN, Joannes-Maria, parochus de Guévas.....
10 Oct...	LAMOUR, Renatus-Maria, curatus de Santec..
8 Nov. ...	NIVO, Yvo-Valentinus, curatus de Loctudy..
9 —	CROZON, Joannes-Maria, presbyter scholamoderator de Tréméoc.....
24 —	CANEVET, Guillelmus, can. hon., ex-parochus de Bannalec.....
5 Dec...	CROGUENOC, Joannes-Maria, vicarius de Plougastel-Daoulas.....

REQUIESCANT IN PACE